est. non die non nocte requiescit
aut legit aliquid semper aut
scribit. Quod nisi michi fuisset
fixum animo et promisso deo
teste propositum heremum ad-
ire vel exigui temporis spa-
tium a tanto viro discedere
noluissem. Sunt ergo traditis
atque commissis omnibus meis cunctis
familia que me contra vo-
luntatem animi mei serata te-
nebat i pluritu exoneratus quod-
ammodo gravi fasce peractus ac liber
regressus alexandriam visitatis
ibi fratribus ad superiorem inde
thebaidem id est ad egypti ex-
tremam contendi. Ibi enim vaste
patentis heremi solitudines
plurimum ferebantur habere
monachorum. Longum est si omnia
cupiam referre que vidi tamen
pauca perstringam e pluribus.
Haud longe ab heremo con-
tigua illis multa sunt
monasteria habitant vero
in loco plerique centum quibus
summum ius est sub abbatis im-
perio vivere. Nichil arbitrio
suo agere omnia ad nutum illius
potestatemque pendere. Ex his
si qui maiorem virtute mente
concupiverint ut arctiori sol-
itariam vitam se adheremum con-
ferat. Non nisi permittente
abbate discedit. Et hec illorum
prima virtus est parere
alieno imperio. Transgressus
adheremum abbatis illius
ordinacione panis vel quibus-
cibus alius ministratur. Casu
per illos dies quibus illo
advenerim unus qui nuper
adheremum secesserat neque
amplius ab hoc monasterio
quam sex milibus tabernaculum
sibi constituerat panem abbas
per duos pueros miserat
quorum maior habebat etatis
annos quindecim minor duo-
decimus erat. Hiis ergo inde
redeuntibus aspis mire magni-
tudinis fit obviam cuius occursu
nichil perterriti. Ubi ante
pedes eorum venit quasi in-
cantata carminibus cervula
colla deposuit a ymoris pu-
manu apprehensa ac pallio
involuta ferri cepit. Deinde
monasterium quasi victor
ingressus in occursum fratrum
et spectantibus cunctis cap-
tivam bestiam resoluto pallio
non sine iactancie timore
deposuit. Sed cum in conventu
fidem atque virtutem ceteri